



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hviſs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XXXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

imaginem effingas eorum, quæ aut supra sunt in calo, aut infra in terrâ, aut in aquis sub terra: neque incurves te illis, neque colas ea.

Ego enim sum Dominus, Deus tuus, fortis zelotes, vindicans peccata patrum in filiis, idque in tertia & quarta progenie eorum, qui derunt me; & misericordia utens in millesimam eorum, qui diligunt me, & observant præcepta mea.

Tertium.

Secundum.

Ne usurpes nomen Domini Dei tui temerè. Neque enim Dominus dimittet eum impunitum, qui nomen eius vanè usurpauerit.

Quartum.

Tertium.

Memento ut diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. At septimo die Sabbatum erit Domino Deo tuo; nec facies ullum opus, nec tu, nec filius tuus, nec filia tua, nec seruus tuus, nec ancilla tua, nec iumentum tuum, nec advena, qui est intra portas tuas. Nā sex diebus fecit Deus cælum, terram, mare, & quacunque in his sunt, & requieuit die septimo, ideoque benedixit diei Sabbati, & sanctificauit eum.

Quintum.

Quartum.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut diu viuas in terra, quam tibi Dominus Deus tuus daturus est.

Sextum.

Quintum.

Non occides.

Septimum.

Sextum.

Non committes adulterium.

Septimum.

Octauum.

Non furaberis.

Octauum.

Nonum.

Non dices contra proximum tuum falsum testimonium.

Nonum.

Decimum.

Non concupisces domum proximi tui.

Decimum.

† Non concupisces uxorem proximi tui, nec seruum eius, nec ancillam, nec bouem, nec asinum, nec quicquam eorum, quæ sunt proximi tui.

QVÆSTIO XCIII.

Quomodo diuiduntur hæc præcepta?

RESP. In duas tabulas^a; quarum prior^{*} tribus præceptis tradit, quo pacto nos erga Deum geramus[†]; posterior[†] septem præceptis, quæ officia proximo debeamus[‡].

^a Deut. 10. 34. Mat. 22. 40. ^b Mat. 22. 37. 38. ^c Mat. 22. 39.

DOMINICA XXXIV.

QVÆSTIO XCIV.

Quid postulat Deus in Primo præcepto?

RESP.

RESP. Ut quam mihi cara est
salus animæ meæ^a, tam studiosè
vitem & fugiam omnem idolola-
triam^b, magiam^c, incantationem,
superstitionem^d, non tamen inuoca-
tionem Sanctorum † sed cæterarum
creaturarum: vnicum autem & ve-
rum Deum recte agnoscam^e, * in
ipsum solum credam ac sperem, summa
humilitate^h, & paciētiaⁱ me illi sub-
ijciā, ab eo solo & Deo omnia bona
expectem^k; denique intimo cordis
affectu ipsum amem^l, reuerear^m,
venererⁿ, adeo vt omnibus potius
creaturis (præterquam Sanctis): renun-
ciam, quam vt vel minimum con-
tra eius voluntatem committam^o.
^a Apoc. 21. 8. ^b Plā. 81. 9. 10. 1. ^c Cor. 6. 9. ^d
Deut. 18. 10. 11. 12. ^e Apoc. 19. 10. Deut. 4. 15.
19. Matth. 4. 10. ^f Ioh. 17. 3. ^g Jer. 9. 24. ^h Jerem.
17. 5. 7. ⁱ Pet. 5. 5. ^j Heb. 10. 36. ^k Pl. 37. 5. ^l Jac.
1. 17. ^m Deut. 6. 5. Deut. 10. 12. ⁿ Pl. 34. 10. Ec-
cl. 12. 13. ^o Malach. 1. 6. ^p Mat. 10. 37. Mat. 10.
28. Act. 5. 29.

QVÆSTIO XCV.

Quid est idololatria?

RESP. Est loco vnius Dei^a, aut
præter vnum illum & verum De-
um, qui se in suo verbo patefecit,
aliud quippiam *ceu Deum* fingere
aut habere, in quo spem repo-
nas^b.

^a Gal. 4. 8. 1. Pet. 4. 3. 1. Thef. 1. 9. ^b Matth.
6. 24. Col. 3. 5. Phil. 3. 19.

DOMINICA XXXV.

QVÆSTIO XCVI.

Quid postulas idem præce-
ptum?*

* Secun-
dum.

RESP. Ne Deum vlla imagine
aut figura exprimamus^a, quasi vera
ac vna, neue vlla alia ratione eum
colamus, quam qua se in suo verbo
Scripto vel Tradito per Ecclesiam coli
præcepit^b.

^a Deut. 4. 23. Rom. 1. 21. 23. ^b Deut. 12. 32.

QVÆSTIO XCVII.

*An nulla ergo prorsus fingenda sunt ima-
gines aut simulacra?*

RESP. Deus † aliqua ratione ef-
fingi debet^a, * & potest^b. Creatu-
ras autem etfi exprimere licet^c, † † quidem
non vetat tamen Deus earum imagi-
nes fingi^d aut haberi^e, quo vel ipsas
^f, vel Deum per ipsas, colamus aut
honoremus^g.

^a Deut. 4. 12. 13. 16. 17. 18. ^b Esa. 40. 18. 25.
Esa. 46. 5. ^c Exo. 35. 30. 31. ^d Deut. 27. 15. ^e Deu.
7. 5. 2. Reg. 18. 3. 4. ^f Psal. 97. 7. ^g Leuit. 26. 1.
Deut. 12. 4.

^a Deut. 4. 12. Vocem verborum eius audistis
formam penitus non vidistis. 11. 15. Non vidistis a-
liquam similitudinem: Ne forte errore deceptus,
adores ea, &c. ^b Esa. 40. 18. Cui ergo similem fe-
cistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei. &c.
45. Cui assimilastis me & adæquastis? dicit san-
ctus.

RESP. Quo ad essentiam, effigiari ne-
quit,

Tt

quit,